



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatur, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari provenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

II. Quam obligationem inducat regula religiosa, & quomodo cognoscatur
quanta sit talis obligatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

Cap. II. Quam obligationem inducat regula religiosa, & quomodo ea obligatio cognoscatur.

scriptis, laudantiam & confirmant in sancta Synodo. ita refertur ad finem illius regule post commentarios Turcremata in quodam antiquo volumine, de cuius autoritate mihi satis non constat. Deinde non constat illas regulas ita esse confirmatas à Pontificibus, ut non possint à religionibus, quæ illas profitentur communi consensu & autoritate mutari. Loquimur autem de mutatione quoad aliquas particulares partes regule, nam mutare totam iam esset mutare religionem, & substantiam eius. quod religio facere non potest, alias destrueret seipsam. Hoc tamen modo etiam non potest talis religio autoritate sua mutare omnes constitutiones simul sumptas, quibus quasi constituitur in esse talis religionis: quia hoc esset destruere suam specialem professionem: non videtur ergo esse in hoc magna differentia. Præsertim, quia etiã constitutiones approbatarum religionum solent esse à sede Apostolica confirmatæ, & nihilominus ab eadem sede habet religio potestatem ad mutationem aliquam faciendam: idem ergo potest contingere circa regulam. Consultandæ ergo sunt facultates Apostolicæ quas in hoc vnaquæque religio habet. Specialiter verò ex regula S. Benedicti, & S. Francisci, quædam sunt in iure canonico insertæ, ut patet ex cap. Cum ad monasterium. De statu monach. & ex cap. xiii. de verborum signif. in 6. & Clement. exim. eod. tit. & in his verum esse opinor non posse fieri abrogationem seu derogationem, Summo Pontifice inconsulto.

quatuor regulas approbatas. Nam præterquã quod religio Carmelitarum suam propriam regulam approbatam habere contendit; Carthusienses, & Minimi, & Societas, & fortasse alij habent suas, quia nec esse possunt sine regula, ut dixi, nec potest religio esse approbata sine sua regula: hæ autem religiones approbatæ sunt, ut supponimus, & non profitentur suprà dictas regulas: ergo vnaquæque habet suam approbatam. Neque enim in illis prioribus quatuor maior, aut diuersa rationis approbatio cogitanda erit, nullo enim fundamento hoc dici potest, cum eadem autoritate Pontificia, & eisdem verbis etiam hæ posteriores regulæ approbatæ, & confirmatæ sint: de quo videbimus plura in particulari infra tractando de approbatione Societatis. Non omitam etiam aduertere in 9. tomo operum D. Hieronymi haberi regulam monachorum ex scriptis D. Hieronymi à Lupo de Oliueto Generali eiusdem ordinis collectam, ibidemque refert literas Apostol. Martini V. quibus eam approbauit, ut monachi illius ordinis, qui prius secundum regulam B. Augustini profitebantur, sub propria regula D. Hieronymi huncupata deinceps profiterentur. Extat etiam regula S. Pachomij, quem ab Angelo dictante accepisse Hieronymus refert, & sub ea multos Egypti monachos vixisse.

CAPVT II.

Quam obligationem inducat regula religiosa, & quomodo cognoscatur quanta sit talis obligatio.

Supponimus hanc regulam habere aliquam vim, & rationem legis, ut constat ex usu & sensu omnium religionum, & patebit magis ex dicendis. Ad quod explicandum aduerto, statum religionis, ut sæpe dixi, dupliciter posse considerari, vel seclusa iurisdictione Ecclesiastica à Pontificibus collata Prelatis, vel toti communitati religiosæ, vel adiuncta huiusmodi iurisdictione. Et vtroque modo intelligi potest in eo esse regulam, immo in principio religionum videntur regulæ hoc modo institutæ, & prius potius per modum instructionis, & doctrinæ, quàm per modum legis, ut videre licet in multis ex constitutionibus seu regulis S. Basilij: postea per modum cuiusdam statuti conuentionalis, quod non est propriè lex, sed habet vim in mutua promissione & pacto: addita verò iurisdictione per Ecclesiã, confirmatur religiosa regula (sub qua semper constitutiones & statuta comprehendimus) ut habeat veram & propriam rationem legis. Est autem præterea aduertendum, nonnullas esse leges datas regularibus, vel omnibus, vel certis religionibus immediate ab ipsis Pontificibus summis, quarum aliquæ continentur in iure canonico sub titulis de Regularib. & de statu monach. de religiosiis domibus & nonnulla sub titulis de voto, de sentent. excomm. & aliis; aliquæ verò sunt extra corpus iuris in Bullario seu collectione constitutionum Pontificalium, & aliis motibus propriis, qui extra illud opus continentur, de quibus legibus in hoc capite non agimus, tum quia non pertinent ad regulam, sed potius ad ius canonicum, quod interdum præcipit laicis, interdum clericis, interdum secularibus, interdum verò regularibus. Tum etiam, quia non est dubium quin illæ obligent in conscientia, modus autem & gradus obligationis ex verbis & materia sumendus est, atque etiam ex poena, præsertim quando habet censuram annexam: & quæ istam ipso iure imponunt, explicatæ à nobis sunt in tomo 5. de Censuris. Præter has ergo leges regula ipsa religiosa per Pontificem confirmatur, ut vim habeat legis non tantum conuentionalis, sed etiam iurisdictionalis (ut sic dicam)

Tertium cap. rollar.

I. Duplex modus condendi regulam cum iurisdictione, aut sine illa.

In iure canonico, atque etiam in vnaquaque religione approbata datur regula cum iurisdictione facta.

VI. Iustitiam Carol.

Decretum. compend. de regulis de iurisdictione. Compendium.

In iure canonico.

Præterea. Iustitia Carol. & de iurisdictione.

VII.

dicam.) & similiter statuta vel constitutiones, quatenus à religione fiunt per potestatem à Pontifice acceptam, veram rationem legis habent.

II.
Regula reli-
gioſa plus
obligat quā
conſilium.

Ex his ſequitur, regulam religioſam neceſſita-
tem aliquam operandi imponere, hoc enim eſt de
ratione legis, & per hoc diſſert à puro conſilio, vt
ex propria materia lib. 5. de legib. c. 4. ſuppono. Re-
gula autem religioſa non eſt merum conſiliū; quia
præter illam ſunt multa alia, quæ ex conſilio poſ-
ſunt religioſi facere: nam, vt recte dixit S. Benedi-
ctus in c. vit. ſuæ regulæ, non tota perfectio in ſola
regula eſt, & nihilominus religioſus omittens alia
conſilia ſupra ſuam regulam, non cenſetur deſſe
ſuo muneri & ſtatui: ſi autem ſuam regulam præ-
termittat, deſicere cenſetur à ſua obligatione: ergo
talis regula reſpectu illius plus eſt quam conſilium:
ergo aliquam neceſſitatem imponit. Et confirmat-
ur ex dictis, quia talis regula ex iuriſdictione pro-
cedit: ergo ab illa habet vim & dirigendi, & cogen-
di, quæ eſt moralis neceſſitas. Hæc autem duplex
ſolet eſſe in legibus: vna ſub obligatione ad cul-
pam: alia ſub reatu poenæ, quas nos directiuam, &
coactiuam appellamus; licet aliqui ſoleant vtran-
que ſub coactione comprehendere. Si ergo loqua-
mur de poſſibili, vtraque locum habere poteſt in
regula religioſa, quia iuriſdictione Prælatorum per-
fecta eſt, & ad vtrumque actum dirigendi & co-
gendi ſe extendit, vt tomo ſuperiori oſenſum eſt.
Imo ſecluſa iuriſdictione, in ſtatuto conuentionali
poſſet intelligi vtraque neceſſitas, conſcientiæ in
virtute pacti & promiſſionis, ſi per ſtatutum fides
data exigatur: poenæ autem ex eodem capite, quan-
uis coactio & exactio non poſſit eſſe tam rigoroſa,
ſecluſa iuriſdictione, vt ſupra etiam declaratu eſt.

III.
Potestque
primo obli-
gare ad mor-
tale in ma-
teria graui-
Potest ſecun-
do ad venia-
le ſolum ob-
ligare.

Poteſt autem primo lex, præſertim Eccleſiaſti-
ca, interdum obligare ad culpam mortalem: quam
efficaciam poſſe etiam habere regulam religioſam
dubium non eſt, ſi cum potestate, quæ non deſcit,
concurrat inſtituentium voluntas, & materia re-
gulæ grauis ſit, & capax tantæ obligationis. Dein-
de ſecundo poteſt interdum regula obligare ad ſo-
lam venialem culpam: quod etiam in re eſt cla-
rum, quando materia non eſt capax maioris obli-
gationis, quamvis de nomine ſit quæſtio an talis
regula mereatur nomen præcepti, vel legis. Qui e-
nim putant peccatum veniale non eſſe contra le-
gem vel præceptum, conſequenter dicent talem
regulam quoad hanc partem non eſſe legem vel
præceptum, ſed ſimplicem ordinationem. Imo
Scotus in 2. d. 21. q. 1. vult comprehendere ſub conſi-
liis: tamen (vt dixi) quæſtio eſt de nomine, & ſim-
plicitate loquendo melius appellatur præceptum,
licet ratione materiæ diminutam obligationem
inducat, & in ordine ad charitatem conſeruandam
non ſit præceptum ſimpliciter neceſſarium, de quo
videri poſt Cai. 2. q. 156. ar. 9. & Opus. 25. tra. 1. Vega
li. 1. 4. in Trid. c. 13. Nau. in c. 10. de poenit. d. 5. n. 7.

IV.
An de ma-
ter a graui
poſſit ferri
præceptum
leue.
Parti nega-
tiua aſcribo
et ſi fun-
damentum

Difficilius autem dubium eſt, ſi materia præ-
cepti ſit capax obligationis ſub mortali, an ſit in po-
teſtate inſtituentis regulam non imponere tantam
obligationem, imponere tamen aliquam in con-
ſcientia, ita vt illa transgreſſio ex vi regulæ ſit pec-
catum veniale. Aliqui enim in quib. ſunt Bellarm.
lib. 3. de Laicis c. 11. ad fin. Medin. 1. 2. q. 96. ar. 4. Vaz-
quez 12. diſp. 158. c. 4. putant non eſſe hoc in poteſta-
te legislatoris, quia vel præcipit, vel non (inter hæc
enim non poteſt dari medium: ſi autem præcipit,
præceptum naturæ ſua inſert obligationem propor-
tionatam materiæ, nam hoc ex natura rei ſequi-
tur, nec poteſt per voluntatem hominis impediri.
Cæterum verius exiſtimo circa eandem materiam
poſſe imponi regulam obligantem ad mortale, &
nihilominus poſſe authorē regulæ moderari poſt-
ea intentionem ſuam, & obligare tantum ad venia-
le. Hoc probauimus in tractatu de legibus lib. 3. c. 27. ſe-

quuntur Sanchez li. 1. de matr. diſ. 9. n. 6. Valentia
2. diſ. 7. q. 5. punct. 6. q. 2. & 3. & alij quos cit. loco al-
legauimus. Nam tota obligatio poſitiui præcepti prædet
ex voluntate ferentis, & nulla eſt mere neceſſaria,
et ſuppoſita voluntate præcipiente: quia in hacmet
voluntate, & in ipſo præcepto poteſt intelligi lati-
tudo, vt ſentire videntur, qui mandatum à præce-
pto diſtinguunt, non ſolum in materia, ſed etiam in
modo iubendi, vt videre licet in Syll. verb. Lex. q.
8. & verb. Præceptum. q. 2. Nauarro in Sum. c. 27. n. 48.
& ſeq. referente D. Tho. in quodlib. 1. q. 9. ar. 20. vbi
multum fauet huic ſententiæ, vt ſtatim videbimus.
Ea eſt ſupponunt omnes autores, qui dicunt leges
humanas nō obligare ad mortale etiam in materia
grauis, ſed tantum ad veniale, quando verba plus non
inducunt, vt late refert Gutierrez li. 1. c. 7. n. 20. Hen-
ricq. li. 1. c. 13. n. 2. in fine. Gerſon in tract. de vita ſpi-
rituali animæ, lect. 5. alphab. 63. lit. G. & ſeq. vbi ita
videtur interpretari difficile opinionem quam
habuerat in eodem tract. lect. 1. peccatum veniale
ſolum diſſerre à mortali ex miſericordia Dei, non
ex natura rei, eſſet n. minus improbabilis illa ſen-
tentia, ſi intelligatur de miſericordia Dei, non qui-
dem diſſimulante, aut non puniente malitiam ta-
lis peccati vt grauem, quanuis reuera talis ſit hic n.
ſenſus omnino cauendū eſt: ſed de miſericordia non
præcipiendi vel prohibendi tales actus cum toto illo
rigore, quo poſſet, ex quo ſit vt de facto & re ipſa tā-
tam nō habeat malitiam: quo ſenſu non eſt ita im-
probabilis illa ſententia, licet vera non ſit in legib.
diuinis, quia ſi poſitiuæ ſint, nobis non conſtat per
ſpecialem reuelationem de tali moderatione vo-
luntatis Dei, niſi quatenus materia ipſa eam poſtu-
lat: ſi vero ſint naturales, obligant per modum na-
turæ, ac proinde quantum poſſunt, iuxta materiæ
capacitatem. In humanis autem præceptis, quan-
vis non ſit vniuerſalis, quia interdum non poteſt
legiſlator humanus obligare ad mortale, etiam ſi
velit propter incapacitatem materiæ; è contrari-
o tamen poteſt legiſlator humanus nolle obligare
quantum poteſt in aliqua materiæ, & hanc volun-
tatem ſuam ſatis explicare. Et hanc differentiam
inter præceptum hominis & Dei indicauit aperte
D. Thomas 2. 2. q. 105. ar. 2. vbi propterea dicit, in-
obedientiam contra Deum eo eſſe maiorem, quo
maius eſt bonum vniuerſum, vel malum commiſ-
ſum: quia intentio Dei accommodatur materiæ,
vt ſic dicam: inobedientiam vero hominis non
ſemper eſſe maiorem, licet ſit contra maius bon-
um, quia aliud minus bonum poteſt eſſe magis
de intentione præcipientis. Vult ergo peccatum
contra legem humanam in grauiori materiæ poſſe
eſſe leuius ex intentione præcipientis: ergo eadem
ratione poterit eſſe leue peccatum, etiam ſi mate-
ria ſit grauis ex intentione præcipientis, ab illo e-
nim totum hoc negotium pendet. Poteſt ergo in
materia graui legem vel ſimplicem ordinationem
imponere, quæ obliget in conſcientia, ſolum ta-
men ad venialem culpam. Atque hoc indicare vo-
luit Martinus V. in approbatione regulæ mona-
chorum S. Hieronymi, vbi in fine declarat trans-
greſſores illius non propterea mortalis peccati vin-
culo ligari, non quia materia ſit incapax illius obli-
gationis, ſed quia illam impoſuere non vult, ſic
enim ait, *Volumus*, &c. non excludit autem mino-
rem obligationem in conſcientia, tum quia non
ſine cauſa dixit, non ligari ad mortalem culpam:
tum etiam, quia ſubdit, vt pro modo culpæ pro hu-
iusmodi transgreſſionibus puniantur. Et ideo et-
iam in noſtra Societate declaratum eſt, regulas
non obligare ad peccatum mortale, vel veniale, ſ.
p. Conſt. c. 5. quia poterant ad vnum vel alterum
tantum obligare, & ita habent nautarum reli-
gionum regulæ: eſt ergo poſſibilis talis obliga-
tio. de

Vera reſolu-
tio probatur
ratione, &
qui hōriaze

Cap. II. Quam obligationem inducat regula religiosa, & quomodo ea obligatio cognoscatur.

tio. de qua re plura dixi in tract. de legibus citato.

V.
Præsumitur
ad culpam
inducatur.

Tertio etiam potest dari regula, quæ nullâ obligationem in conscientia etiam ad culpam veniale inducat, sed solum ad poenâ obliget: hoc enim multi putant sufficere ad veram rationem legis. Alij solum volunt hanc appellare legem cõventionalem. Sed non est in nominib. immorandum: certum est enim posse Prælatum habentem Ecclesiasticâ iurisdictionem ex vi illius, & secluso aliõ pacto imponere hanc necessitatem operandi sub reatu talis poenæ, vel (vt etiam huius vocis inuidia tollatur, sub tali grauamine non imponendo immediatè obligationem ad culpam respectu actus immediatè imperati. Probatur, quia hic modus necessitatis non inuoluit repugnantiam, nec excedit humanam iurisdictionem, quia multo maior est necessitas sub obligatione ad culpâ, & quia Princeps potest non permittere aliquem actum nisi cû tali onere. Potest ergo hæc necessitas imponi ex vi iurisdictionis humane. Illud autem imperium ex hac parte sufficiens est ad rationem legis, quia iam imponit aliquam necessitatem, & excedit rationem consilij, & ideo à multis dicitur lex purè poenalis.

VI.
Imperium
non inducit
obligationem
ad culpam
venialem.

Addimus verò necessariò inuoluere aliquâ obligationem in conscientia, seu in illam tandem resolui, quia sine illa nec vera ratio legis subsisteret, nec vera necessitas moralis induci potest. Declaratur, quia si talis regula imponit poenâ transgressoribus, obligat illos in conscientia saltem vt pariantur poenam, dat enim ius Superiori ad puniendum talem actum, quem punire iuste non posset, nisi regula illi sic prohibens posita fuisset: ergo necesse est vt obliget subditum etiam in conscientia ad parendum Superiori talem poenam imponenti, id est, ad non resistendum illi violenter, si poena consistat in passionem, vel ad exequendâ illam, si consistat in actione, & strictè præcipiatur. Vnde Martinus V. supra adiunxit, *Per suos Superiores pro eorum excessibus & transgressionibus ac modo culpe coniungi valeat poenitentia salutaria, quâ suscipere, & adimplere teneantur.* Quocirca etiam si regula nõ taxet certam poenam eo ipso quod regula est, subiicit hoc modo transgressorem iuxta poenæ, siue immediatè, siue mediante aliqua culpa, alioqui nõ haberet in quo à mero consilio distinguere, vt significauit Hieron. lib. 1. contra Iovinian. dicens: *Quod præcipitur, imperatur, quod imperatur, necesse est fieri, quod si non fiat, poenam habet.* & infra, *Vt consilium datur, asserentis consilium est, ubi præceptum, necessitas est seruandus, habetur in c. quisquis. 1. 4. q. 1.* Vt ergo regula à mero consilio distinguatur, oportet vt necessitatem aliquam saltem ad poenam inducat.

VII.
Quævis
regula
inducit
obligationem
ad culpam
venialem.

Cum ergo hi tres modi obligandi possibiles sint in regula religiosa, non possumus in communi statuere quomodo de facto obliget: quia nullus ex dictis modis est simpliciter necessarius ad regulâ religiosam vt sic, & in particulari potuerunt institutores religionum eligere vnum vel alium modum obligandi. Propter quod graues Doctores difficile putant definire de regulâ religiosa quomodo obliget. Veruntamen in communi loquendo (vt dixi) nihil aliud respondere possumus nisi obligare aliquo ex illis tribus modis, & ad nullum eorû necessariò determinari. In quo est aduertendum quod tomo præced. li. 10. dixi, votum obedientiæ non obligare immediatè ad seruandam regulam, nisi regula ipsa verbis satis expressis exigat voti obligationem. Et ideo non rectè censent qui putant regulam religiosâ ex genere suo obligare ad mortale: quod senserunt Henricus, & alij, ex illo fundamento, quod voti obligatio ex genere suo obligat sub mortali, & obligatio regulæ est obligatio voti. Falsum est autè hoc fundamentum, quia votum non obligat ad seruandam regulam, sed ad obediendû secundum regulâ: & ideo propria obligatio regulæ, vt sic, nõ ex voto

Franc. Suarez. de statu relig. Tom. IV.

obediendi, sed ex propria ratione legis, & ex principiis eius colligenda est. & hæc de prima parte tituli.

Assignantur principia ad discernendum quæ & qualis sit obligatio regularum.

Difficultas ergo superest, quomodo in particulari cognoscatur, an aliqua regula religiosa obliget ad culpam grauem vel leuem, vel solum ad poenam. Quod quidem iudicabitur facilius ponderando, & expendendo verba vniuscuiusque regulæ, & considerando communem sensum, & consuetudinem vniuscuiusque religionis. & fortasse inferius tractando de varietate religionum in 2. tractatu aliquid de singulis attingemus. Nunc verò generalia quedam principia vel regulæ proponenda sunt. Quatuor ergo modis potest se habere quoad hanc partem aliqua regula vel institutum religionis. Primò, vt in eo distinctè, & (vt aiunt) in actu signato explicetur mentem religionis esse obligare in vi præcepti quantum potest iuxta vniuscuiusque materiæ capacitatem. Secundo, vt explicet eodem modo obligare ad veniale tantum, & nunquam ad mortale ex vi regulæ, nisi vbi specialibus verbis fuerit maior rigor præcepti expressè declaratus. Tertio, vt eodem expresso modo explicetur in regula nõ obligare in cõscientia ad aliquam culpam etiam venialem, sed solum reddere transgressore reum poenæ. Quarto, vt nihil horû in regula declaretur, sed absolutè feratur ordinando, statuendo, aut præcipiendo quæ agenda sunt.

VIII.

Notatio
quadruplicis
modi ferendi
regulam.
Primi.

Secundi.

Tertii.

Quarti.

Ex his modis primus videtur posse accommodari ad regulam S. Francisci: nam (vt dicitur in Clement. Exiit de paradiso.) vbicunque in illa regula ponitur nomen *præcepti*, aut hoc verbum *teneantur*, aut æquiualens, cõsetur obligare sub mortali. Verum est tamen in regula ipsa primitiua hoc non explicari sub his formalibus verbis, tamen à Pontificibus ita declaratum est, quia consuetudo ipsius religionis ita etiam regulam declarauit, quod est signum hanc fuisse mentem institutoris, & à principio ita fuisse intellectam. Iuxta hanc ergo interpretationem regula illa obligabit ad mortale, vbicunque fuerit constituta per modum præcepti, & materia capax sit. Aliæ verò regulæ, quæ non habent huiusmodi verbum, obligabunt iuxta modum infra explicandum circa quartum membrum supra positum, quia quoad eam partem nihil speciale declaratum est. Quocirca in rigore nullam inuenio religiosam regulam, in qua vniuersalis obligatio pro tota illa explicata sit, illo primo modo supra declarato. Et iuxta doctrinam D. Thomæ dict. quodlib. 1. art. 20. talis modus regulæ non esset conueniens, aliàs status religiosus esset religiosus in laqueum peccati mortalis, quod vix aut nunquam posset declinari.

IX.
De primo
modo ferendi
regulam.

Secundus modus regulæ suauior est, & ad tollenda pericula cautior, & ad inuitandû ad perfectionem sufficiens. Duas autem continet partes. Vna est negatiua, scilicet non obligare ad mortale. & hæc est frequentior. Quæns in multis regulis, vt supra citatum est de regula S. Hieron. ex Martino V. & de aliis infra in 3. exponitur, modo dicitur. Solum aduerto, aliquando poni illâ declarationem sine vlla exceptione, vt in dicto Breui Martini V. Nihilominus tamen subintelligenda necessariò est exceptio aliqua. Prima, nisi regula aliqua contineat materiam voti, vt est, v. g. quæ prohibet habere proprium, quæ licet ex vi regulæ non obliget sub mortali, obligat tamen ex vi voti. Secunda, nisi aliqua regula in part. vltari expressè declarat: *alem obligationem*, nam, vt habet regula 34. iuris in 6. generi per speciem derogatur. Oportet tamen vt verba legis non possint aliter explicari: quando enim illa generalis declaratio est in regula, nõ sufficiunt simplicia verba quantumuis præceptiua, vt, *teneantur, præcipimus*, & c. ad inducendam dictam obligationem, quia propter hæc & similia verba ponitur illa declaratio,

X.
De secundo
modo bipar-
tito.

Exponitur,
vna part.

claratio, alias nullum fere haberet effectum: necesse est ergo ut addatur aliud speciale signum indicans intentionem legislatoris esse obligare sub culpa graui, non obstante dicta generali declaratione.

Hoc autem signum iuxta communem vsum duplex est. Vnum quando additur, *n. virtute obedientie*: nam tunc expresse significatur actum illum constitui intra propriam & rigorosam materiam voti obedientie, seu exigi à religioso proprium obedientie debitum, quod ex genere suo obligat sub mortali.

Alterum signum.

Est quando additur poena excommunicationis maioris ipso facto incurrenda: quia talis censura non incurritur, nisi pro peccato mortali. Dixi autem, *ipso facto incurrenda* quia si solum esset inferenda, licet alias sint opiniones an hoc sit signum obligationis ad mortale, quas late examinauimus li. 4. de legib. c. 8. & n. 16. in presenti casu non debet censeri sufficiens: nam cum supponatur generalis declaratio quod regula non obligat ad mortale, ut in particulari oppositum fiat, necesse est addi signum certissimum, & omni exceptione maius: illud autem non est huiusmodi, quia comminatio excommunicationis ferenda & sapie fit in sola comminatione, & refertur potest ad ipsos Praelatos, ut ipsi cogant per excommunicationem ad regulam seruandam; & tunc non erit obligatio ad mortale, donec Praelatus ponat praeceptum ab homine sub illa rigorosa obligatione.

XI.

Exponitur altera pars eiusdem sententiae.

Circa aliam partem affirmatiuam de obligatione ad veniale, aduertendum est dupliciter contineri posse in regula: primo explicite, quia scilicet vtraque pars expresse declaratur, & tunc res est clara quantum ad generalem intentionem instituentis, licet dubitari possit an extendatur ad omnes & singulas regulas, in quo ipsa verba talis declarationis precipue consideranda sunt: & deinde materia aut modus regularum, nam, ut significat D. Thom. dict. quod lib. & infra in cap. seq. explicabimus, in regula nonnulla miseri solent, quae sunt pura consilia, in quae nulla obligatio in conscientia cadit etiam ad veniale: quod locum habet, non obstante praedicta generali declaratione quia illa intelligitur fieri iuxta materiam proportionatam: huiusmodi autem est quicquid in regula habetur per modum praecepti, vel statuti aut ordinationis, non vero id quod solum ponitur per modum consilii: quia illa declaratio non fit ad ponendam obligationem, ubi ex vi verborum non postulat, sed ad limitandam illam, ubi ex modo regulae postulat. Tunc ergo in tali materia, quantumcumque grauis sit, obligatio est sub veniali: erit tamen maior in grauiori materia, semper tamen intra illam latitudinem. Alio modo potest illa pars contineri in regula solum tacite, seu praesumptiue, quia scilicet solum obligatio ad mortale negatur, de altera vero tacetur, ut fit in dicta declaratione Martini V. nam per hoc admitti seu relinqui videtur, iuxta cap. 1. *onus*; de praesumptionibus, quae praesumptio erit euidentior si in regula ipsa expresse supponatur in generali, *obligatio non sententia*: nam cum haec duplex tantum sit, exclusa vna, tantum relinquitur altera. Si autem illa generalis declaratio non habetur, res est magis dubia, quia datur tertium membrum quo possit regula obligare, ut supra diximus. Nihilominus, quia illa duo membra incompatibilia non sunt, imo valde germana, scilicet obligare ad culpam venialem, & ad aliquam poenam, ideo qui praecise excludit obligationem ad culpam mortalem, videtur plane totam aliam obligationem, quae ex vi legis inferri potest, admittere quod probabilius fiet ex his, quae in quarto puncto dicemus.

XII.

De tertio modo.

Hinc ergo ortus est tertius modus ferendi, & expresse declarandi regulam, ut neque ad veniale, neque ad mortale peccatum obliget. Ita fit in religio-

ne Praedicatorum, ut refert D. Tho. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 1. & significat suo tempore fuisse hoc singulare in illa religione: nam cum de alijs religionibus dixisset, regulam obligare saltem ad venialem culpam (quod infra declarabimus) subdit, *In aliqua tamen religione, scilicet ordinis fratrum Praedicatorum, transgressio alia, vel omisso ex suo genere non obligat ad culpam neque mortalem, neque venialem, sed solum ad poenam iactam sustinendam*. Vbi Caiet. addit, hanc declarationem non fuisse in illo ordine à principio eius, sed factam esse in secundo Capitulo generali anno 1237. Non exponit autem an declaratio illa cadat etiam in regulam D. Augustini, quatenus eam dicta religio profiteretur, vel solum in proprias constitutiones eiusdem religionis. Nam si vera est differentia inter regulam & constitutiones, quam supra c. 1. n. 5. ex Antomino & alijs reuli, non potuit illa religio regulam obligationem moderari, sed solum suarum constitutionum: & hoc videtur sonare verba, quae Caiet. refert, *Nolumus quod statuta nostra obligent ad culpam, sed solum ad poenam*. Verius tamen existimo declarationem illam extendi etiam ad ipsam regulam. Nam D. Th. de ipsa regula loquitur, & ratio eadem est in illa: & probabilius existimo esse in tota religione potestatem ad hanc declarationem seu moderationem faciendam etiam in regula, ut supra dixi.

XIII.

Notanda sunt etiam illa verba, *id est, ad poenam iactam sustinendam*. Circa quae Caiet. dubitat, an haec sit obligatio in conscientia, nec ne; & negatiue respondet: quia declaratio regulae excludens ab illa obligationem in conscientia vniuersalis est; ergo nec circa sustinendam poenam illam relinquit. In illa quo videtur contrarius his, quae supra n. 6. diximus, ratio dicitur, sed non est, quia loquitur praecise & ex vi regulae, & de directa obligatione eius: nos autem loquimur de obligatione consequente ex natura rei, vel ex praeccepto Superioris. Itaque si regula imponat poenam ipso facto à subdito exequendam, & non infligatur à Praelato (id enim facere potest, & solet, ut ibidem Caiet. refert) non magis obligat in conscientia ad exequendam poenam, quam ad non committendam transgressionem: quia declaratio vniuersalis est, ut recte Caiet. argumentatur; si autem poena per Praelatum imponenda est, vel constituta actione exequenda ab ipso met subdito ad praecceptum Praelati, & tunc iuxta modum praecipientis modus obligationis: vnde, si praecceptum fuerit rigorose positum, erit quidem obligatio ex vi praeccepti, non ex vi solius regulae. Vel poena solum pasciue sustinenda est à subdito, & tunc non habet locum directa obligatio in conscientia, quia haec non est ad patiendum, sed ad agendum, quantumvis intelligi possit obligatio ad non resistendum violenter, ad quod videtur teneri subditus ex vi subiectionis & obedientiae. Dices, nulla ergo obligatio oritur ex hac lege poenali, nam tota haec oritur ex vi obedientiae debite Praelato. Respondetur, Regula tunc facit ut illa poenalis per modum supplicij & vindicationis sit materia obedientiae iuste impositae, nam sine tali causa non posset Praelatus iuste vel rigore praecipere talem actionem, vel cogere ad talem passionem. Et ita obligatio in conscientia, quae ibi interuenire potest, radicaliter fundatur in regula, & in declaratione eius, prout ad D. Thom. etiam insinuat, dicit enim regulam non obligare ad culpam, sed ad poenam, loquitur enim de obligatione in conscientia: sentit ergo in ordine ad poenam oriri aliquam obligationem in conscientia, quae non videtur posse esse alia nisi quae à nobis explicata est.

XIV.

Et iuxta haec (ut Caietanus etiam dixit) intelligenda est omnis alia regula, quae similem habuerit declarationem, qualem habet nostra Societas distinctissimam, & tollentem omnem dubitationem. & p. hinc in praesentia constit. c. 5. ubi dicitur, vniuersas constitutiones canonicas declarari.

declarationes, aut ordinationes, exceptis tantum Societatis votis, non inducere obligationem ad peccatum mortale, vel veniale, nisi addantur expressa signa huius obligationis, ubi ponuntur haec duo, *in nomine Domini nostri Iesu Christi*, vel *in virtute obedientiae*, tanquam specialia religionis. Supponitur autem aliud signum de poena excommunicationis, ut generale ex vi iuris communis, quo interdum etiam vtuntur constitutiones Societatis, vt infra videbimus. Est autem peculiare in illa declaratione, vt nullo modo in ea fiat obligationis ad poenam, & in tota regula Societatis hoc specialiter obseruari potest, vt rarissime poena aliqua taxetur, neque illius comminatio fiat, sed simpliciter quae agenda sunt, statuuntur. Quod non ideo fit, quia ex regulis ipsis non sequatur obligatio ad aliquam poenam, hoc enim, vt diximus, ex natura rei sequitur, & ad disciplinam religiosam necessarium est, quae in Societate exacte retinetur appositus per Superiores poenitentis pro leuissimis etiam contra regulam transgressionibus: sed voluit nobis significare S. P. N. Ignatius, primo alumnos suos amore potius, quam timore regendos esse: vnde in citato loco concludit, *& loco timore offensa succedat amor, & desiderium omnium perfectionum, & maior gloria & laus Christi creaturis, ac Domini nostri consequatur*. Deinde voluit vt quando contingit aliquem in regula obseruatione deficere, non solum patienter sustineatur poena, sed etiam voluntarie ac studiosè procuretur: ideo p. 3. constit. c. 1. §. 25. & in summario constit. §. 51. aliquoties inquit *si singulis annis omnes à Superiore sibi poenitentias imponi propter defectum obseruationis regulam priuant, vt haec cura iudicium sit illius, quam de suo profectu spirituum sua via Dei quisque habet*.

CAPITULUM III.

Quomodo degnoscat regulam obligare, quando id non exprimit.

Quartus modus ferendi regulam religiosam propositus praeced. c. n. 8. atque in praesenti separatim tractandus, quia vbiorem doctrinam continet, vbi sunt ab antiquis Patribus, simpliciter enim regulam constituebant, & modum obligationis eius non declarabant: ideo difficile est iudicare quae obligatio ex tali regula nascatur in profitentibus illam, non ratione voti adiuncti (de hoc enim iam supra dictum est) sed ratione sui, quatenus est quaedam lex talis communitatis, quam seruare tenentur qui efficiuntur membra eius. Et est ratio dubia, quia regula est vera lex, vt supra dixi, & vtitur propriis verbis praepceptiui: ergo obligat cum omni rigore legis, id est, ad peccatum etiam mortale, quando materia est capax. Consequentia probatur ex declaratione Pontificis in dicta Clement. *Exiuit*. vbi ex eo quod S. Francis. in sua regula ad quaedam apponit verbum praepcepti, vel aequipollentis, colligit obligationem eius sub culpa graui. Minor autem patet ex regula Augustini, in cuius initio ponit, *Hac sunt quae obseruari praecipimus in monasterio constituti*. Et in fine ait, *Vbi vos inueneritis ea, quae scripta sunt, facite, quae gratias Domino: ubi autem sibi quicumque vestrum videt aliquid deesse, doleat de praeterito, caveat de futuro, vt debetum dimittatur*. in quibus verbis significat, hunc defectum in regula non esse absque culpa coram Deo. Et S. Benedictus in Prologo suae regulae sic incipit, *Ausculat o fili praepcepta Magistri, &c. de ratione, cap. 2. Vniuersa Benedicti instituta non profitentibus quidem monita tanquam solum consilia censenda sunt, nec praecipiendi non obseruata, cum tamen profitentibus in praecipio, praecipientibus in crimina fiant*. Regula etiam S. Pachomij sic incipit. *Hae sunt praepcepta vitalia à tribus maioribus tradita*.

In hac re tres possunt esse sententiae. Prima est, huiusmodi regulam vi sua, & ex primaria intentione instituentium obligare ad culpam quantum potest iuxta vim verborum, & capacitatem materiae. Pro qua sententia citari possunt Hiericus & Ioannes de Neapoli, quos supra retulimus, qui magis videntur loqui ratione voti, quam in virtute legis. Hae verò sententiam circa regulam Augustini ferè sequitur Antonin. 3. p. tit. 16. c. 1. §. 6. & de regula S. Benedicti ex parte idem tener Turrecremata tract. 5. & 6. in illam, vbi ponderat verba Prologi, *Ausculat o fili praepcepta Magistri, & admonitionem sui patris libenter excipe*. Ex quibus colligit regulam obligare quoad praepcepta cum toto rigore, quamuis quoad admonitiones non ita obliget. Quoad modum autem distinguendi obfcurè loquitur, quia non ex verbis, sed ex materia putat esse distinguenda; nam si contineant finem regulae, vel sint essentialiter necessaria ad illum, non putat esse praepcepta, etiam si per modum praepcepti ferantur. Ex qua declaratione: si rectè attendatur, nihil firmum colligi potest, sed potius ex illa sequitur regulam vt regulam non inducere obligationem, sed res ipsas, quae continentur in regula, aliando asserre obligationem, vel ex natura sua, vel ratione voti. Et in idem ferè redit sententia Antonini, vnde nullum inuenio auctorem, qui hae sententiam expressè asserat, quamuis multi Canonistae illi faueant, dum asserunt regulam religionis, si vtatur verbis praepceptiui, aut aequivalentibus, & materia aliàs grauis sit, obligare ad mortale, nullà ferè in hoc differentiam facientes inter praepcepta regulae religiosae, & qualibet alia praepcepta iuris canonici, vt videre licet in Panorm. in c. nam concupiscentiam, de Constit. & in c. relatum, ne clerici vel monachi. Felino in dict. c. nam concupiscentiam, n. 9. & alij quos referunt, putantque esse sententiam D. Thomae 2. 2. q. 186. art. 9. quia ibi ait regulam obligare ad mortale ratione praepcepti, si in ea sit expressum: quia tunc pertinet regula ad substantialia religionis, scilicet ad votum obedientiae, quod est fundamentum doctorum auctorum. Non declarat autem D. Thomas quando regula contineat praepceptum. Et eodem ferè modo loquitur in quodlib. 1. art. 20. vbi distinguit in regula tria praepcepta, statuta seu ordinationes, & monitiones seu consilia; & quoad praepcepta affirmat obligare sub mortali, quoad alia negat: non tamen declarat quomodo obliget statuta, aut monitiones, nec quomodo illa tria sint in regula distinguenda, an ex verbis, vel ex rebus.

Secunda ergo opinio esse potest, regulam religiosam, si de obligatione eius nulla fiat in ea generalis declaratio, nullam obligationem ad mortale peccatum inducere, quantumcunque verbis praepceptiui vtatur, nisi vel aliquo speciali verbo ostendat ferre praepceptum sub virtute voti obedientiae, vel talem addat poenam, quae planè indicet lapsum grauem, vel nisi consuetudo ita fuerit regulam interpretata, nihilominus tamè obligare ad omnia, quae in ipsa continentur sub veniali. Prior pars probatur primo ex discursu D. Thomae in illo quodlib. nā sancti Patres, qui religiones instituerunt, noluerunt hominibus iniungere damnationis laqueum, sed potius viā salutis ita ordinare, vt illius periculum esse non posset: ergo non habuerunt intentionem multiplicandi praepcepta obligantia ad mortale, nam illa non possent non esse in laqueum respectu totius communitatis, in qua plures infirmos & fragiles esse necesse est: ergo quoties verba omnino non cogunt ad intelligendum huiusmodi fuisse intentionem fundatoris, praesumenda non est. Secundo id colligi potest ex ipso nomine regulae, quod de se non vèdicat rigorosam vim praecipendi, sed dirigendi, & instruendi. Vnde, licet sub generali regula in aliquibus particularibus ponatur verbum imperandi, vel in actu signato, vt